

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Epiphanivs Ep. 12. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

266 . . . *Vita Sanctorum.* 11. MAI.

narios Cæsar is oculos rapuit, qui tam
en præter oris formam nihil intue-
batur. Ergo blanditias primùm admo-
vit, infantulum appellans, & filii no-
men offerens, si se patrem, & Iovem
habere Deum voluisse. Vtrumque con-
tempsit, & Iovem quidem generosissi-
me, negans tam puerum esse se, ut ad-
ulterium, & sororis suæ maritum sibi
putet adorandum. Diocletianus ne-
plura audiret æquè erubescenda, jussit
hunc omnis elegantiæ florem demeti,
cujus sanguine utinam Mariani rigen-
tur horti; ô quales nascentur Narcissi!

Ex Surio & Brev. Rom.

S. EPIPHANIUS EP. 12. Maii.

Iuvat suavitatem divinæ circa teneram
æratatem providentia in EPIPHANIO
agnoscere. Is Phœnix gente, sectâ Iu-
dæus, patrem decennis amisit. Acce-
dente ad orbitatem egestate, equum
indomitum à matre jussus vendere, vi-
tium ejus clam non habuit; donatus
ob candorem liberaliter etiam in Chri-
stianum incidit Cleobium nomine, cui-
jus aspectu efferratus equus EPIPHA-
NIVM excussit, felici casu; Cleobius
enim, invocato Christi nomine, afflictū
erexit, calcitronem occidit: ea prima
scintilla pectori incidit I E S V olim a-
more arsuro; sed nimirum eam facile
Tryphon suffocasset Hebræorum ante-
signa-

13. MAII. *Vita Sanctorum.* 267
signanus, qui EPIPHANIO adoptato,
eundem sibi generum desponderat, &
grè ex his pedicis extricandum, nisi eas
Tryphonis & filiæ mors incidisset. Cō-
modum deinde equitanti Lucianus
Monachus se obtulit, qui ad pauperis
preces, veste se exspolians, exemplò to-
gam puram è cālo accepit. Et causa
EPIPHANIO fuit, ut se homini im-
buendum permetteret, Nūmine tam-
propitio, ut Episcopus ad lustricū
fontem properantis vultum radiate,
coronamq; imminere capiti cerneret.
Lātis initiis vita oīnis consentanea
fuit. Famem, sitim, morbos, dāmones,
mortem, cāteraq; orbis mala nemo eo
potentius coēcuit. Hāreses pestem his
omnibus capitaliorem stilo confixit.
Miretur viventis miracula juventus,
unū modò, quod jam exanimis edidit,
imitetur. Improbum hominem, nudum
corpus inspicere tentantem, calce à se
repulit, verecundiæ etiam post mortem
retinens, quæ hodie ferè omnium vir-
tutum prima moritur. *Ex Metaphr.*

S. ALEXANDER M. 13. Maii.

NOs, quā te voce possumus, Christia-
ne miles, excitamus; ALEXAN-
DRVM enim ad certamen pro fide,
subeundum Angelus animavit, & ad-
versus Maximiani tormenta invictum
præstítit. Sed & Pæmenia mater, raro
in